



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amor mundi fugiendus est propter quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Amor mundi fugiendus
est propter quin-
que.*

Primo, Quia amor mundi est
fons & origo omnium malo-
rum, & uitiorum. Vnde sicut
dilectio dei est fons omnium uirtu-
tum, ita dilectio mundi est fons
omnium uitiorum. Secundo quia
amor mundi amatores suos Dei
inimicus facit, quem admodum
D. dicebat Iacobus. Adulteri,
nescitis quia amicitia huius mun-
di inimica est deo? quisquis er-
go huius mundi amicus effici uo-
luerit, Dei inimicus constituetur.
Idcirco Ioannes nos admonet ne
mundum hunc diligamus inquit.
Nolite eligere mundum neque ea
quae sunt in mundo Si quis diligit
mundum non est charitas patris in eo.
Vnde Augustinus ait. Si mundi
amor habitat in te, non est quo a-
mor Dei intret. Cum exhauseris
cor tuum amore terreno: hauries
amorem diuinum. Tertio, quia
amor mundi est proditor. Quod in
Iuda hoc significabatur cum legi-
mus. Dixit Iudas, idest, mundus.

Iac. 4

I. Io. 2

Augus

Mat, 26

C 2

Quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Quarto, quia amor mundi suos amatores immundos facit. Pro ut hoc ex Ecclesiastici uerbis haberi per quamdam similitudinem potest, cum dicitur.

Ecc. 12 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Vnde Augustinus dicit. Si

Auguf. te delectat hic mundus, spernis te esse mundum, si autem iam te non delectat hic mundus, iam tu es mundus, si autem fueris mundus, non

Ecc. 3. remanebis in mundo. Quinto, quia qui amat mundum, amat periculum, & qui amat periculum

Auguf. in illo peribit. Vnde Augustinus dicit. Ama seculum & absorbebit te, amatores suos uorare nouit, non portare. Mundus est fornax babilonica igne succensa.

Bern. Domus ardet (inquit D. Bernardus) & ignis instat a tergo, & tu mones non egredi, uel iam egressum regredi.

Amor superfluus fugiendus est propter tria.

PRimo. Quia superfluus amor est radix multorum malorum. quem amorem in hominibus